

& Heroibus Principibus Brandenburgicis strenuè militare, ut variis  
 Officiis ac Titulis, *Imperatorum Militarium, Comitum, Baronum,*  
*Chiliarcharum,* aucti, vel soli, *Romanorum Mutius, Horatius, Claudius,*  
*Marcellis, Brutis, Scipionibus, Emiliis, Manlius, Mamerris, Camillis,*  
 idque genus cæteris, cedant nihil. Hinc & sibi ex *L. Furii Camilli*  
 Virtutibus Exemplum sumsit, quas Publicâ Oratione ad ipsum Diem  
 Quartum Calendas Decembres Horis Marutinis in Acroate-  
 rio Philosophorum Majore dicere secum constituit *Generosus ac*  
*Doctus Juvenis Gustavus Guiselmus de Rochavv, Eques Marchicus.* Sci-  
 licet Majorum Virtutes non æmulandas tantum, sed eadem quoq;  
 viâ duxit incedendum. Adeste, *Nobiles Quirites Literarii,* frequen-  
 tes & pii Audituri, ut Generosi Commilitonis raras Conatus Præ-  
 sentiâ & Adplausu vestro subleventis. P. C. rem præstabitis gratam,  
 quæ Ordinem vestrum decet & commendat. Meis verbis *Oraturus*  
 recipit, si acciderit quid, quod ad Vos pertinere arbitratus fuerit,  
 se id daturum operam, ne à se quidquam desideretur. V. V.  
 P. P. in Electoral. Univers. Brandenburgicâ, Ad pres-  
 so Sigillo Facultatis Philosophicæ, Dominicâ XXIII  
 post Trinitatis, Anno Messicæ supra millesi-  
 mum, Sexcentesimo, Sexagesi-  
 mum, Tertio.



A. N.  
**ANGELUS CLY-  
 PEUS**

in  
 Illustri Lipsiensium Academiâ  
 publicè repræsentatus

**FRIDERICO GEISSLERO,**  
 Reussendorff, Siles. Phil. Baccl.

Lipsiæ.  
 Typis BAUERIANIS,  
 1760 LX.



CLARISSIMO PEREXIMIO, DOCTISSIMO  
DN. M. JOHANNI BARTHISIO,

SS. Theolog. Candidato dignissimo, & ad S. Salvatoris, quæ Vra-  
tislaviæ est, ædem, à concionibus meridianis.

NOBILISSIMO, PEREXIMIO atq; POLITISSIMO  
DN. GEORGIO SCHÖBEL à Rosenberg/  
J. U. Candidato indefesso.

HONORATISSIMO SPECTATISSIMO  
V I R O  
DN. WENCESLAO BUHLIO, Civi  
& Mercatori Lipsiæ integerrimo,

Patronis, Fautoribus atq; amicis indelebili cultu & amore maclandis


Sacrum.

**M**iquori videbar divortio VESTRA NOMINA divellere, quæ ipsius natura cura  
Cognationis dispositione coronata simul suspicere voluit: quæque etiam conjurata &  
concordi humanitate inviolanda Benevolentia SUÆ mihi recluserunt sacraria. Ita-  
que uno eodemque devotionis apparatu velut in Dianæano CLYPEUM hunc VO-  
BIS suspendo, adoraturus Genios VESTROS nitidioris pietatis specimine, si propitior Musarum  
calculi meæ porrò ridebit solertia. VESTRIS ergo hic CLYPEUS affixus fornicibus  
& sacratu, satis liberali renidebit æstimatione, si circa illum terentiores VESTRORUM vul-  
tuum radii sincerâ æmulatione ludent. Et quanto tunc figore meam damnabo timidita-  
tem, quæ candidorum futurâ prosperitatis Ominum nescia, EUNDEM militantium more  
non genibus illidere & furtivâ castaque arrogantia illo Demosthenici Scuti nobilitate voluerit  
emblemate ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ! Quamquam meâ gratitudo VOBIS vel Argivi clypei hono-  
rem, aut Enhippi bene merentibus tantum tributum scutum non invita optasset; tamen hunc  
ANGELUM CLYPEUM omnibus his prestare scio & vel eorum pretium transcendere,  
qui olim vincens exere addicebantur. Nec VESTRAM tamen de me bene merendi  
promittitudinem à me lædi violarique puteris, sciente, quot quantisque beneficiis liberalitati  
VESTRÆ placuerit Academicam meam vitam florentem facere. ALIUS enim Delphici o-  
raculi visus fuit auctoritatem renovare, exquisita certitudine fluctuantes meas sententias  
gubernando: ALIUS contubernii mihi aperuit adyta, utque beneficia in immeritum  
sparsa sub justiori titulo laterent, Pyladeâ fide & amore me ardere gestuit. ALIUS autem  
amici fautorisque nomine divulgari vilis esse existimans, iis tenuitatem meam devinxit  
beneficiis, quæ supra omnem petendi audaciam fuissent, nec cumulator a iis avarissimus fi-  
lius de patre sperasset. TUUS enim, BUHLI, favor non solum de divinâ providentiâ me  
admonet; Sed ut Parentis encomio insigniaris, meritissimò incitat. Liquidissimi autem  
hujus favoris rivulos ut cum CL. BARTHISIO SCHÖBELIO que meo ulteriori benignitate  
derives, cum voto perpetuæ raræque felicitatis contendit summopere

VESTER



F. G. R. S.



Rektor Magnifice, Patres Academiae conscripti, Viri summè Reverendi, Am-  
plissimi, Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Clarissimi: vosq; ceteri au-  
ditores omnium ordinum Lectissimi, cum Nobilissimâ, florentissimâ & in spem  
seculi consecratâ studioforum panegyri,



Ortaliu vitam tam æquè cum

1. militia ærumnis quàm 2. Mimi festivitibus æmulâ  
proportione conferri posse, agnovit ille 3. qui vel sex-  
centis Martyribus acerbiora perpassus, perq; omnia rerum  
genera luctatus & Jobi & 4. Patientie Magistri no-  
men cum æternâ palmâ obtinuit gloriosissimè. A  
cujus quidem sententiæ vestigiis non multum ablu-  
dere voluit Arrianæi sermonis & 5. Xenophontis nomine  
salutata elegantia, inquit: *σπαρταίης ἔστιν ὁ βίβλος ἐκείνης  
ἡ ἀυτὴ μακρὰ καὶ ποικίλη.* Hanc, adstrictæ militiæ  
necessitatem 7. Thracum quoque mentes prævidisse

putandæ sunt, nativitatis solennitates solenni lachrymarum officio interpolantes.  
Quis enim est tam benignus improvidusque calamitatum interpres ut se non indies  
sentiat.

8. Per varios casus per tot discrimina rerum

9. exasuantis Euripi more ferri atque abripi. Hæc est illa militia, in cujus Sacramen-  
tum si naturâ duce semel spononderis, continuatâ stationi alligaberis; non demul-  
cebit te 10. libertas Ebutii, cui emerita erant stipendia, & ne invito militaret privilegi-  
um: non adspirabit tibi felicitas 11. Augusti bis Jani templum pacificando claudens.  
Semper enim 12. in hac acie standum est, quotidie tela tentationum excipienda, nunquam  
non pugnandum. Malus sit miles quem hic discinctum vagari aut exauctorandi de-  
decus optare juvet antequam legitima missione datâ ad perennantis vitæ Niceteria  
invitetur. Periculosam autem hujus militiæ aleam vel nudâ hostium mentione  
aperiri posse quis est qui non videat? Quamquam enim hic nec 13. Hannibal ad por-  
tas fulminat, nec aliquis 14. Attilas flagellum Dei 15. orbisq; malleus cervicibus insidia-  
tur; nec 16. nec Mezentii cujusdam tyrannidem expavescimus; tamen primùm sensus  
irritamenta, dein illecebrosæ mundi vanitates, tum innatæ perversitatis semina,  
postremò calamitatum ballistæ, ac denique 17. diabolus qui omnia genera tentandi &  
artes atq; insidias dejiciendi usu antiquitatis didicit: hi, inquam, hostes conjuncto  
conspiranteque impetu 18. contra nos stipendia faciunt, contra nos insurgunt, & ferro  
ignique nos tollere conantur. Qui horum hostium impetus non observat, nescio  
quibus 19. cum Archimede circulis intentus sit: quin par sit 20. Epimenidi Cretensi qui ad  
horum

1. Job. 7. v. 1. c. 14. v. 14. Lipsius lib. 1. Constant. c. 14. 2. Seneca lib. 11. Ep. 4. num. 14. Simplicius in Epict.  
Enchir. c. 23. Sueton. August. c. 99. Seneca Trauquill. c. 15. num. 14. lectionis Pinciani. Lucianus in  
Menippo p. 53. H. 3. Chrysostom. homil. 1. in 2. Cor. 1. & homil. 25. ad popul. 4. Drexel. in Jobo. c.  
XII. p. 163. 5. ex Suida & Photio Vossius de hist. grac. lib. 2. cap. XI. pag. 215. 6. Arrianus de disser-  
tat. Epicteti lib. 3. c. 11. p. 374. militia est cujusq; vita: & diuturna & varia. 7. Herodot. lib. 5. pr.  
p. 330. de Transis. confer. Valer. M. 2. 6. 12. Solin. c. 15. pr. Quintil. instit. lib. 5. 8. Virgilius lib.  
1. En. vers. 204. 9. Boethius Consolat. lib. 2. metr. 1. vers. 2. 10. Livius lib. 39. cap. 19. 11. Sve-  
ton. August. c. 22. Vellejus 2. 38. 3. Florin. 4. 12. 64. 12. Drexelius Horologio hora 9. noct. considerat.  
6. discrim. 7. 13. Baudouin orat. ad studiosos. sumult. p. 370. confer. Livium. 26. c. 10. m. Cic. Philipp. 1. S.  
11. 14. Bonfinius lib. 3. & Anton. Florent. part. 2. tit. 1. 9. 4. 15. Johann. de Thourœz. part. 1. chron.  
q. 16. inter Hungaricos scriptores. 16. Virgil. En. 8. v. 482. 17. Cyprianus de exhortat. marty-  
prolog. 18. Vide Rhodigin. antiqu. lect. lib. 2. c. 10. 19. Valerius M. 8. 7. 7. Cic. Fimb. 5. S. 50. Livius.  
25. 31. Plurarch. Ma. ello. c. 7. p. 308. E. 20. Laërtius. lib. 1. vit. 10. p. 77. A. Plinius N. H. 7.  
52. 6.

367656



horum hostium fremitus non vigilat, Quemadmodum autem periti bellatores afflicto Marti si non 21. in principale subsidium; tamen atacrius praliandi adminiculum auxiliariis subveniunt copiis: ita singularis æterni Numinis providentia conclamata militiæ nostræ conditionem per auxiliatrices Angelorum turmas sæpè erigit atque corroborat, Unde nec in splendidam hanc auditorum frequentiam, nec in imminenti Festi celebritatem me peccaturum autumo, si paupertino ingenii linguæque meæ penicillo ANGELUM CLYPEUM impræsentiarum adumbratum dederò. Scio equidem quàm arduum graveque sit 22. coram Hannibale Pbormionis deq. militari prudentiâ differentis personam tueri: nec VESTRAM præsentiam minori 23. trepidatione sustineri quàm Angelorum, repentinâ apparitione mortales oculos perstringentium; Tamen cum consuetæ VESTRÆ facilitatis omina & sereniore mentis tranquillitatem vel ex primis frontium legere possim tabulis, quid obstet quo minus 24. Agricolæ (opportunitatem astrorum clementiam observantium) curiositatem imitatus, tempestivam audientiam VESTRÆ patientiam pauli per ad ANGELUM CLYPEUM derivem atque adaptem?

Non levis neque indigna olim inter bellicosos Duces aliosque

25. Militiam & gravè Martis opus

tentantes hostines fluctuavit quæstio: 26. quid nam ex omni armorum apparatu & universâ Panopliâ Militem inter hostiles impetus & vibrantium telorum procellas maximè salvum incolumemque asservet, cuique velut Horatiano Mæcenati tyronum acclamare posset confidentia: 27. O & Præsidium & dulce decus meum! Nonnulli ferreis Loricarum squamis 28. indui voluerint, tuncque vulnerum minas superbè elidere, cum ad exemplum 29. Partiborum & 30. Sarmatarum concatenatis thoracum laminis horrent, Alii 31. sacri capitis cultum defendentes, cristata 32. galearum fastigia non sine ornatus suspicione eligebant. Cæteri autem fortioribus nobilitandi experimentis ad eam urnam suos calculos ablegarunt; ubi 33. gladii Hispaniensis radiaret ferocitas hunc ipsum 34. ne cum vagina ac rubiginis tenacitate pugnaret, ad curiosas 35. Decurionum polituras mittendum clamarunt. Incitati certè si non exemplo 36. Alexandri, 37. Caesaris aut 38. Severi; tamen 39. Xenophontis dictantis: hoc sibi dulce & decorum fore in bello occumbenti, si pulchris nitidisq. in armis excederet. 40. Militem quippe bellicosum esse non credebatur cuius dissimulatione arma situ ac rubigine fadantur. Gladii itaque 41. modò dextro modò sinistro lateri suspensus fulgor penè nostrum suffragium eblandiretur, cum etiam constet quanto periculo 42. M. Catonè nec non 43. T. Pulsoni 44. Joanniq. Nassovio illius redimenda fuerit amissio. Imò si de ensis virtute virtute copiosior diducenda esset inquisitio, meritò nobis illa 45. Centurionis ad Senatum voces rejecto sagulo ostensioq. gladii capulo repetendæ essent: Hic faciet si vos non feceritis. Verùm enim verò, quanquam singulari tutelæ prærogativâ gladius sese ostentat, sibi que in librandis examinandisque armis velut ille 46. Brenni ensis in ponderando auro momentum videtur vindicare; tamen quibus clypei provida dexteritas olim infervierat, qui que 47. ejus subtegmine agglomerata hostium tela eluserant, in eo omne præsidium, in eo omnem tutelam atque exitum collocancum esse,

non  
52. 6. Plutarch. an seni gerend. respubl. p. 784. A. 21. Vegetius de re milit. lib. 2. c. 2. 22. Cic. lib. 2. de orat. §. 73. Stobæus autem serm. 54. de Pyrrho refert. 23. V. Judic. 6. v. 22. 24. Barclai. Euphorm. part. 3. p. 249. lin. 15. & Plinius N. H. 18. 24. & 18. 35. Confer. Veget. de re milit. lib. 4. c. 38. & 39. 25. Virgil. 8. Æn. v. 516. 26. Vide Engelgraven in Pantheo Cælesti, homil. in Michaelis. Confer. Plutarch. Philopemene. c. 5. qui arma in suis correxit. p. 360. E. 27. Horat. Odar. 1. 1. 2. 28. Vid. Leon. Imp. Tactis. c. 6. §. 30. 29. Justinus 41. 2. 10. Ammian Marcellin. 24. 14. 1. 30. Pausanias. lib. 1. c. 19. f. Valerius Flaccus Argonaut. lib. 6. v. 232. Confer. Lipsii libr. 3. dialog. 6. de militia Rom. 31. Athenæus lib. 2. c. 25. & Casaubon. Comment. p. 137. 32. Vid. Lipsii Milit. Rom. dial. 5. lib. 3. 33. Id. Ibid. dial. 3. 34. Barclaius Euphorm. 1. 31. 38. 35. Vid. Veget. lib. 2. c. 14. & Demsterus antiq. lib. 10. c. 10. p. 1655. D. 36. Justin. 12. 7. 6. Curt. 4. 13. 27. 37. Vegetius lib. 2. c. 14. 41. 67. 38. Lamprid. vitæ, c. 50. 39. Alian. var. hist. lib. 3. cap. 24. 40. Vegetius lib. 2. c. 14. 41. Hermann. Hugo de re equestri. lib. 2. c. 4. p. 93. 42. Justin. 33. 2. 1. Valer. M. 3. 2. 16. Frontin. Strateg. 4. 5. 17. 43. Caesar. lib. 3. bell. gall. c. 44. p. 135. 44. Hermann. Hugo obsidion. Bredand. 45. Sueton. August. c. 26. 46. Livius lib. 5. c. 48. fin. 47. Videtur, Lipsii. Poliorcet. lib. 1. dialog. 5. 48. Ale

nec 164. Leirna hydra meditata est unquam. Sanctissimam hujus experimenti fidem obsessus 165. Euzai minister ignorans, ingemiscit: Eben! quid faciemus? cui tamen Propheta confidentia reponit: 166. Noli timere: plures enim nobiscum sunt quàm contra nos. Et ecce quemadmodum 167. Alexander Judeus Hecatombos cum aneis clypeis Prolemao opposuit: ita famulus viri sancti conglomerata angelorum satellitia Syris opposita conspicatus gaudet, ut cum Anchysæ Virgiliano exclamet:

168. Ardentes clypeos atq. ara micantia cerno.

Et quis credat 169. Judatham, columbam illam inter vultures, avem inter lupos intactam illa famque mansisse, si absque hisce clypeorum munimentis fuisset? Ipsa de se loquitur & quem sui defensorem nacta fuerat edisserit: Vivat Dominus 170. quoniam me custodivit Angelus ejus. Eodem angelo protectore 171. Virgo Theophila quoque gavisâ fuit cum in lupanar impudicâ violentiâ à lictoribus protracta velut altera 172. Phryne aut 173. Laïs libidinosis conatibus exponenda esset. Erant qui in gementem & nro destitutam verecundiâ Evangelium legentem irruerunt; sed nullus, (cum 174. BASILIO hoc testor) nullus eam violavit, quia Angelus

175. Opposuit molem clypei texitq. jacentem

Servavitq. animam

Quis ad hæc aliaque numerum non inuentia beneficia BONAVENTURÆ verba non repetat? 176. Quàm magna pietatis & benignitatis judicium est, deputare tales ministros humanæ fragilitati sine quibus nullo die viveret tuta. immo ne nocte ullâ Romanorum quidem mos invaluit, ut bellum inituri Duces in Martis sacrario hastam prius & scuta moverent clamantes: 177. Mars vigila!; verùm hæc adhortationum incitamenta apud cælestis militia præsidis ingeminare non ausim, quia 178. non dormit neq. dormitat qui custodit te: & sacro Epithalamio teste 179. lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël. 180. fortes autem illi secundum ATHANASIUM per Angelos DEI repræsentantur. Quoniam ergo nos habeat DEUS loco per providentissimos angelorum curatores, quæve reverentiâ eorundem nullo loco momentoque exclusâ præsentia celebranda sit, tam facile addiscamus, quàm hoc nec 181. Epictetum latuit, nec 182. Plato ignoravit, & BERNHARDUS edixit: 183. in quovis angulo, reverentiam habe tuo angelo. Accurati quondam in milite ingenii fuit, 184. clypeum contra ferruginem & contumaces humoris sordes certis tegumentis defendere: Accurati quoque germanæque est pietatis angelos suos graviore peccatorum squalore non offendisse, sed 185. velut apes à fumo delictorum, & ut Columbas à fetore impuritatis immunes liberosque præstitisse. Neminem nostrum fugit quàm districtè & anxie 186. Epaminonda moribunda lingua de clypeo quæsierit: fortissimè exemplar viri professa 187. & arma & vitæ eodem estimando duxerit pretio. Quæ autem prece filium ad bella cum clypeo profectorum ablegasse dici posset Lacæna? an, ut cautos gradus figeret ut incolumitati consuleret? ut præcipitem juvenutis audaciam temperaret? omnia potius dixit quàm de hisce vel unum verbum.

188. Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

189. Cum hoc redi licet aliis omnibus spoliatus atque viduatus: Cum hoc redi licet manus & brachia rescindantur; Cum hoc redi licet jactura corporis exigatur: Redi; ita precor superos, sed hæc lege cum hoc vivus aut in hoc mortuus. Hoc tibi sit

164. V. Strabo. 8. 27. 165. 4. Reg. 6. v. 15. 166. Ibid. v. 17. 16. 167. Joseph. antiquit. Judaic. 1. 13. c. 21. 168. Virgil. 2. Æn. v. 734. 169. Judith. c. 11. & 12. 170. Ibid. c. 13. v. 14. 171. Vide Baron. Tom. 2. p. 677. & Surium in 26. Decemb. 172. Valer. M. 4. 3. 3. ext. & Horat. Epodon. 14. v. 16. 173. Propert. lib. 2. Eleg. 6. v. 2. Agell. lib. 1. c. 8. 174. Basilus de verâ virginitate. 175. Ovidius lib. 3. Metam. fab. 1. v. 65. 176. Homil. in fest. Michaelis. 177. Servius in in lib. 8. Æn. Virgil. ap. Rosin. antiquit. 10. 11. pr. 178. Psalm. 21. v. 3. 179. Cantic. 3. v. 7. & Bernhard. in Psalm. 91. serm. 11. 180. in lib. quest. 9. 122. 181. Vide lib. 1. c. 14. Enchirid. 182. Apulejus de Deo Socratis circ. med. p. 50. 51. 183. Bernhard. in Psalm. 90. serm. 12. citante Drexelio. 184. Lipsius analectis ad milit. Rom. pag. 19. 20. 185. Vid. Basilium in Psalm. 30. Tom. 1. pag. 258. 186. Valerius M. 3. 2. 5. 187. Diodor. Sicul. biblioth. lib. 14. c. 115. 188. Auson. Epigramm. 24. & ad illud Vinetius. 189. Respexi ad Engelgraven Pantheum cælesti homil. in fest. Michael.

190. Vide



fit stanti aeneus murus, hoc cadenti feretrum, hoc triumphanti trophæum, hoc expiranti memorandum mausolæum. 190. Cum hoc aut in hoc, unquam sine hoc redi. Quam commodè s'vaviterque hæc in angelos, qui velut 191. Alexandri milites apud nos vivunt, stant in acie, clypeis suis protegunt, dici derivarique possint, video equidem; sed quia majori nervosiorique applicationis vinculo adstringenda sunt, vacillatoratio mea velut 192. coram Philippo Demosthenis: linguaque intensioris eloquii necessitas hoc unicum musitat, majora de angelis meditari aut eloqui non posse quam Spartana mulier de Clypeo filii cecinit: 193. Cum hoc aut in hoc. Quantum enim huic viragini erat cum clypeo expirare, tantum nobis sit cum angelis vivere: & quantum illi fuit cum scuto vivere, tantum nobis sit cum angelis excedere. Nihil quippe est aut contra calamitates tutius, aut ad spei solertiam firmius, aut denique ad beatiores jucunditates certius, quam si angelorum

194. armata manus dextram levamque tueretur. Hisce itaque solemur nos quia sunt potentissimi, hisce gaudeamus quia sunt beatissimi, quiescamus in hisce quia sunt vigilantissimi. O veneranda vigilantia quæ beatur potentia! o expetenda quies quæ gaudet solatio! Absit autem, absit ut angelis clypeis cum violatione æternæ majestatis aut adorandi submissionem, aut alios animi cumque superstitiosâ vanitate inaugurati honoris solemnia decernamus: Clypeorum dignitatem tam singularem antiquitûs fuisse ut 195. gemmarum quoque luxuriant pretio, nemo negat; iidem tamen tantum sequiori & 196. sinistra manui accingebantur, ne ex 197. Scipionis ad militem dicitur in illis plus presidii quam in gladio esse videretur: Eadem ratio in clypeis illis cælestibus ut observetur, cum sincerioris pietatis rationes, tum ipsi etiam angeli 198. Conservos sese nostros ferentes, 199. Deiq. gloriam primariò intendentes; asserere possunt. Hinc sanè licet vel 200. Massinissa essem & 201. Theoris mihi serviret, tua non repeterem vestigia augustissime, 202. Casar Otto III. quæ svasu instinctuque Romualdi nudis pedibus signabas, cum Romæ in Apulia montem Garganum ad eadem sancti Michæelis per quinquaginta miliaria Germanica contenderes. Non equidem ignoro 203. Pythagorici Symboli severitatem, injungentis ut nudis pedibus sacrificetur & adoretur; verum græco potius Poeta cautâ admodum & in hunc sensum canente Musâ ausculto:

204. Bate cave pedibus nudis perrepere montem  
Quippe rubis tribolisq. viret mons undiq. densus.

Quam ob rem prudenti admodum pietate opus est, ne angelos nostros nimio honore non dicam honoremus sed oneremus, neve quoque aliâ via atque 205. excessu, qui in superbium impiumque sese effundit & vindicat contentum, temperata mediocritatis incessum disturbamus. Clypeum cum 206. Demosthene abjecisse & 207. Rbipsasidem fieri tanti fuit dedecoris stigma, ut 208. Archilochus patrociniûm hujus ignominia suscepturus Lacedæmoniorum urbe exutus fuerit: quin tantæ quoque est dignitationis scutum, ut 209. abaliananti non tantum grave crimen; sed Desertoris etiam nomen à Themidis inuratur sacerdotibus. Et quali ille infamia coram supremo omniscii Judicis tribunali, coram Senatu Populoque cælesti notabitur ad omnem æternitatem infamia, qui tantâ procacitate, tantâque audaciâ angelos quos Dei benignitas in subsidium atque tutelam generis humani ordinavit, instruxit, paravit: quique

210. Sidereo flagrant clypeo & cælestibus armis

non

190. Vide Dempster. antiq. p. 1658. lib. 10. c. 10. Basilium it. orat. 40. 191. Curtius. 8. 7. 4. 192. Angelius lib. 8. c. 8. 193. Sic refert Plutarch. Apophth. Lacanarum. pag. 241. E. 194. Corripp. African. lib. 4. de laudib. Justin. num. 3. 195. Rhodiginus antiquit. lib. 18. c. 1. extr. 196. Vide eundem lib. 10. cap. 4. pr. 197. Frontinus Strategem. 4. 1. 5. 198. Apocli. 19. v. 10. 199. Luca. 2. v. 14. 200. ergo Delphos ibant. vid. Scholia in Aristophan. 202. Petrus Damianus in vitâ Romualdi. 203. Brassicanus in Symbol. Pythagorici symb. 3. 204. Theocritus & vopuosi. 205. Alanus de plantin nature lib. 1. Prof. 5. pr. 206. Vide Schortum ad Seneca Suasoriam. 2. 9. 25. 207. Muret. lib. 9. variarum lect. c. 2. 208. Plutarch. in Institutis Laconicis. p. 239. B. confer. Erasmi. adag. p. 691. b. & Strabon. lib. 12. p. 644. 209. l. qui commentus §. arma. ff. de re milit. tri. 210. Virgil. 12. Æn. v. 167.

non tam pronuntiabant 48. quam Græcorum Romanorumque testimonio stabiliebant, Quorum fidem & hoc LIPSIANÆ prudentiæ effatum sancire possit: 49. precipuum, inquit, munimentum pediti atq. equiti præ grande scutum: Ajo utilius non esse inter arma: nostra autem ignavia an audacia è militiâ omni abjecit. Sed ut profanæ historiæ campos sacrorum annalium viridariis commutem, quid AUDITORES Splendidissimi, Davidem in Epicedio illo quibusvis Lydiis modis magis querulo & suprastragem populi Israëlitici, in quo

50. duo fulmina belli

Jonathan atque Saulus conciderant, modulato: quid, inquam, principi loco defestum, quid deploratum quid gemitibus decoratum fuisse arbitramini? 51. An sceptri regis manibus excussam & hostilibus pedibus contritam auctoritatem? An Purpuræ cruentatæ decorem majestatem? An diadema sacrosancto Saulis capitî profanis manibus abreptum, & equorum ungulis collisum atque contritum? Dispeream si horum jacturâ illachrymatus est. Quin potius ita, 52. o Montes, inquit, Gelboë neq. rore neq. imbribus ut arva eximia perfundamini: quandoquidem illic refutatum scutum Heroicum, scutum Sauli! Ac si tremulo plangentis pectoris singultu ingemisceret: O clades! o pernicies! o funestissimum novercantis fortunæ argumentum! In totum exercitus robur hostilis rabies detonuisset, in reliqua belli instrumenta Martialis 53. fragor crepitusq. caduca tonitrua torfisset, modò unus integer foret salvsque Clypeus Saulis, clypeus Jonathanis. Amisso autem nunc clypeo, actum est: omnis spes nulla est, omniumque animi deturbati, afflicti, comminuti, dissipati jacent. Tacitè ergo deliberatione colligere liceat quantum sit & momenti & tutelæ & presidii in clypeis; in quibus tamen (ne diutius extra propositi castra veliter nostræ oratio) nullius tanta est præstantia tantaque dignitas, quin cum ANGELO CLYPEO comparata somnium sit & tenuissimâ vilitate ludentis umbræ imago. Celebrerit in sacratis paginis 54. Clypeum heroicum Saulis: defatigentur Poëtæ in laudando 55. Achillis 56. Turniq. septemplex orbis clypeo: consecrent templis & perennitati 57. aureum Nicias scutum: invigilent artificiosæ manus 58. aureis Salomonis clypeis; nunquam tamen hoc efficiunt ut cælesti ANGELORUM SCUTUM aut robore, aut virtute, aut etiam æstimatione antecellant. Qui enim hujus robur vinci aut everti possit, quod tantâ Potentiæ numerositate eminent ut ipse salutis nostræ Assessor tot prædiarias 59. angelorum affirmarit Legiones: odæque ejusdem 60. nativitatî acclamata confertissima militiæ cælestis adstiterit multitudo. in quâ quidem DEUS sibi non perfunctoriè placuisse credendus est, cum nomen titulosque sibi non adoptaverit 61. ab aureo calis palatio, non ab invidendis terræ marisq. thesauris, non à tremendo Infererum imperio; Sed à suis hisce militibus 62. Dominus Exercituum denominari voluerit, quod nec fidissimum ejus Secretarium 63. Joannem latere potuit scribentem: auctori multorum millium angelorum frequentiam. Egregiam copiam, nec imparem 64. Romanæ Testudini 65. firmissimo contra jacula munimini construendâ, ubi scutorum elevatâ densitate non tantum tutela adversus telorum nimbos; verum via quoque commilitonibus cum equis atq. curribus in aère inveniebatur. Millia 66. millium administrabant ei & decies centena millia adstebant ei! Verum cum 67. in omni conspectu non tam multitudo & 68. pondus prosit, quàm vires & virtus, 69. magisq. opus sit in bello manib. quàm multis nominibus: Angeli etiâ tam æq. fortitudine quàm pluralitate suam nobis commendant atq. accommodant operam, eamq. vel ipsi diabolo tremenda

48. Alexander. ab Alex. genial. dieb. lib. 6. 22. p. 369. b. confer. Lipsium in analect. ad lib. 3. milit. Rom. dialog. 2. 49. Idem lib. 5. dialog. 20. p. 359. milit. Rom. 50. Virgilius lib. 6. Æn. vers. 843. 51. Vide Engelgraven in Pantheo cælesti. homil. in Michael. 52. 2. Regum. 1. v. 21. 53. Poëta eundem. in Arrio Eloqu. lect. 4. punct. 9. p. 21. b. citati. 54. 2. Regum. 1. v. 21. 55. Ovid. Metam. lib. 13. fab. 2. v. 4. 56. Virgilius Æn. 12. v. 925. 57. Rhodigin. antiquit. lib. 10. c. 4. f. 58. 3. Reg. 10. v. 17. 59. Matth. 26. v. 53. 60. Luc. 2. v. 13. 61. Drexelius horolog. horâ 4. noct. Considerat. 1. c. 2. p. 86. ubi de numero angelorum simul disserit. 62. Zebaoth. Jacob. 5. v. 4. Psalm. 103. v. 21. confer. Hagg. 1. v. 2. 63. Apocli. 5. v. 11. 64. Dio Cassius lib. 49. p. 409. C. modum tradit. 65. Plutarch. Antonio. cap. 9. extr. 66. Dan. 7. v. 10. 67. Veger. lib. 1. c. 18. 68. Seneca lib. 6. de benef. c. 31. n. 7.



dam. Non enim 70. Minerva agis tam terrori fuit, nec 71. Herculis & 72. Ajacis scuta inexpugnabili adeo solertia hostes represserunt, aut 73. Alexandrie Palladis templo sublellas omnibusq; expeditionibus prelatas clypeus tam formidabili felicitate hostes fatigavit, quam unicus ille Angelorum, qui tanquam 74. Fabii urbes orbemque Christianum protegunt. Sibilet 75. antiquus serpens, inquiete adversarius noster velut 76. Leo stygio rugitu fauces, rumpantur & illa Sathanæ; Angelorum tamen clypeata agmina hæc omnia nostris corporibus nostrisque animis ita defendent, ut non solum nobis ipsis plaudere; sed etiam divina gratia 77. quæ tam inaequalem pugne conditionem inter diabolorum astutiam & hominis infirmitatem per Angelorum custodiam recompensavit, immortalia laudum odoramenta accendere possimus. Quamvis non injuriâ quemlibet penitenti judicio hæc ruminantem mirari subeat, quod Homo; homo autem immo 78. umbra & pulvis: immo 79. ante damnata quam genita spuma: immo 80. imbecille corpus & fragile, suapte natura inerme, precarii spiritus & male herentis victima: immo illud 81. fortuna ludibrium, temporis spoliolum, calamitatis erutina, tantâ dignitate inter creaturas polleat, tantâque Numinis gratiâ renideat, ut Angelorum non dicam benevolentia sed consortio, & ut audacius veriusque loquar, ministerio concilietur. Quis enim est tam prodiga credulitatis ut sibi securè persvadear, Clypea Heroum, omniq; & artis & materia excellentiâ triumphantes parmas imbellibus calorum sinistris applicatas fuisse? Quantis (Deum immortalem!) debacchatus est 82. Jurgius Ajax, cum Accbillis

83. Clypeus vasti celatus imagine mundi

Ulyssæ diceretur. Ipte Ulysses 84. cujus clypeus Delphino erat eximius: Alcibiades 85. quem ex auro & ebore cum insigni Cupidinis fulmen amplexantis scutum gessisse constat. 86. Scævola flagrantis altarium ignes & Mucii iras in parma ostendens: 87. Scipio Africanus qui in terribili peltâ

Patris & unâ

Calat patris spirantes prætia dira

Effigies

88. Demosthenes aureis litteris bonam fortunam in clypeo indicans: alii per 89. Dracones vel per 90. laudum insignia vel per 91. gemellam aquilam aut ipsam Formidinem 92. cum Leonino capite 93. Muscamvæ in lecutis conspicui; hi, inquam, Acherontis movissent, rerumque finibus laxatis ex Neroniano voto 94. terramigni miscuissent citius, quam sua scuta tam notabili elegantia roborata ignobili brachio, perditio lixæ, funestissimoque mancipio despondissent; At Angeli Clypei dignitas adeo submittitur & tantum non abjicitur ut etiam illud 95. omias ðvæq; homo in familiam inque servitia eam possit conducere. Velim mihi fidem æternam abesse, si propalata huic humilitati fides mea subsignaret, nisi ipse Spiritus Sanctus per 96. gentium Doctorem & in ipsis 97. ent beati calis sacrarii informatum præconem ediceret: 98. Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Onon fulvo auro vendenda promissio: cunctisque bellariis magis mellita verba! Quam sunt hæc ad gustum periclitantis mortalitatis: quam movent salivam S. Basilio, aditalem quasi canam concinnanti, dum scribit: 99. Omnibus

77. 69. Synesius Epigr. 78. in fin. 70. Natal. Comes. Mythol. lib. 3. c. 5. p. 303. 71. Hesiodus in scuto Herculis, v. 414. 72. Homerus Iliad. 7. 73. Arrianus ap. Rhodigin. antiq. lib. 21. c. 14. p. 109. B. 74. Urbis & Imperii scutum Fabius ap. Florum. 2. 6. 27. 75. Apoc. 12. 9. 76. 1. Petr. 5. v. 8. 77. Th. Aquinas. p. 9. 14. a. 1. argument. 2. copiose, & Bonaventura serm. de S. Michael. 78. Lipsius Constant. lib. 1. c. 14. p. 56. 79. Heinisus orat. 26. p. 331. m. 80. Seneca Consolat. ad Marciam. c. 11. 81. confer. Plin. præfat. lib. 7. hist. 81. Aristoteles esse dicitur à Lipsio ad Senecam citatam. 82. Ovid. lib. 13. Metam. Fab. 1. & 2. 83. Idem ibid. fab. 1. v. 100. 84. Plutarch. de solert. animal. extr. p. 985. B. 85. Athenæus lib. 12. 86. Silius lib. 8. 87. Silius lib. 17. 88. Alexand. genialib. lib. 6. c. 22. p. 369. b. Plutarch. Demosth. c. 5. p. 855. A. 89. Pausanias lib. 10. num. 343. 90. Hirtius de bello Hispan. c. 25. m. confer. Lipsii analect. ad milit. Rom. p. 18. 91. Ex columna Antonini Lips. in analect. ad Milit. Rom. p. 18. 92. Alexand. genialib. 6. 22. v. 369. b. 93. Plutarch. A. popht. Lacon. p. 234. C. 94. Sueton. Neron. c. 38. 95. Pindarus Pythæ hym. 8. 96. Rom. u. v. 13. 97. 2. Cor. 12. v. 4. 98. Hebr. 1. v. 14. 99. Basilisus in Psalm. 33. Tom. 1. p. 258.

in Dominum credentibus angelus præsto est. Quem enim 100. undiq; circumdant hominem tentationes, SCUTO circumdat (Bernhardi verba propino) veritas Dei, ut quemadmodum undiq; bella, ita undiq; sint & præsidia. Opportunè atmodum Scutorum Deique injicit mentionem, quam vel ipsa celestis nostri clypei & gloriosa Principis Michaëlis tessera & inscriptio non sine tacito mentis solamine innuere potest, quænam autem illa? 101. Quis ut Deus? Quicumque studium illud, quod in historiarum & earum facundâ gravitate venerandæque antiquitatis canicie à felicioribus Geniis adoratur, vel à primo limine salutarunt, iis ignotum esse nequit, quàm diversa 102. signa & derivata olim in scutis admirationi fuerint. Nihil jam dico de Scutorum imaginibus 103. ad Trojam pugnantiam: non proferam 104. monetas Gallorum & Venetorum (scudi audiunt) in quibus clypeata emblemata cum Imperii insignibus extuberare videas. Non laudabo 105. pictos virorum fortium clypeos: non inspiciam scutos, cujuslibet 106. Imperatoris aut Centurionis nomen sub quibus merebantur prodentes; Sed animadvertam tantum AUDITORES SPECTATISSIMI 107. Clypeos Lacedæmoniorum Alignatos, 108. Messeniorum in quibus littera M eminebat: animadvertam parmas 109. Græcorum Neptini imagine venerabiles, 110. Trojanorum Scuta Pallade splendida. Et quis est qui non simul animadvertat quàm hæc omnia Clypeis à familiâ celesti nobilitatis ex asse conveniant? In illis enim & nativum (ut ita dicam) nomen litteramque 111. MICHAELIS radiare affirmes, & unâ æternam invictamque Numinis Majestatem adores: 112. Quis ut Deus? Nitantur itaque in 113. vetitum cum prosoplastris fructum sensus nostri; non erunt ut Deus. Titillet mentes nostras mundani honoris cum 114. Abimelecho & 115. Absolomo fulgor; Quis tamen ut Deus? Immineant 116. Jobo calamitatum tempestates & solvantur in 117. Paulum tentationum fulgura; Quis tamen ut DEUS? Fremat diabolus capitisque monstruosus rictus torquendo 118. mulieri Apocalypica inhiat; Quis tamen ut DEUS? Hæc tessera, hoc simbolo omnia irritamenta immo nos ipsos quæ est 119. πᾶσιν ἰσὺν πᾶσιν τὴν γῆν ἀγῖον, vincimus atque in triumpho ducimus: 120. hoc clypeo omnia sathanæ extinguimus tela ignea: hoc scutum perennem præstat securitatem, contraque omnia malâ tam omnipræsenti tutelâ & excubiis cingit, quales nec 121. Scythæ nec Germani in stipandis Principibus observent: immodicam nec 122. Artemon cuius caput ubiq; aneo clypeo tegebatur sperare potuit. Aded ut 123. vocalissimus & magniloquentissimus Propheta ISAIAS huc allussisse videatur, scribens: 124. Mens es Tu cum transferis per aquas recum ero, & flumina non operient Te. Cum ambulaveris in igne non combureris & flamma non ardebit in te. Quid autem aliud sibi indicat quàm Myrtili fortissimi nec furdæ famæ militis clypeus, quem

125. Cum premeretur solo, cum premeretur solo,

ut tutissimum: ita gloriosum exosculatus est præsidium. Eodem f. raste religionis inflammatus ardore quo Jacobus & Petrus de suo Tutelari disserunt angelo: 126. Angelus est qui me ex omnibus malis eripuit. 127. Angelus fuit qui me ex Herodis manu & tantâ populi Judaici expectatione eripuit. Cur Te, amantissime Petre, non eriperet, eum ipsius etiam 128. Dæmonis testimonio sanctissimum illud DAVIDIS effatum innotuerit: 129. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant de in omnibus viis tuis. Hiscè 130. bybla aut hymetti faris jucundioribus verbis Clarevallensis illa apis BERNHARDUS,

100. Bernhard. in Psalm. 90. serm. 5. 101. Michaelis vox indicat. V. Lexica. 102. Veget. lib. 2. c. 18. 103. Plinius N. H. 35. 3. 4. 104. Erythraeus in Indice Virgiliano sub Scuto 105. Dembster. antiq. lib. 10. c. 10. p. 1657. Salmuth. in cap. 55. Panciroli Deperditar. 106. Rhodigin. antiq. lib. 21. c. 14. f. Lipsius analect. ad milit. Rom. p. 19. lib. 3. dial. 2. 107. Alexand. genialib. lib. 6. c. 22. p. 369. b. 108. Idem ibid. mox. 109. Ibid. 110. Idem ibid. 111. Vide Apocalyp. 12. v. 7. 112. Videantur Lexica Schindleri & Pasoris. 113. Gen. 3. v. 6. 114. Judic. 9. v. 1. 2. 115. 2. Sam. 15. v. 4. 116. Job. 2. v. 6. 117. 2. Cor. 12. v. 7. 118. Apoc. 12. v. 4. 119. Plato lib. 1. de legib. 120. Ephes. 6. v. 16. 121. Vide Taubmann. in fragment. Planti. tit. Scythæ Liturgus. 122. Plutarch. Pericle. c. 17. m. Rhodig. 19. lib. cap. 11. 123. Chrysost. homil. 40. in 1. ad Corinth. & homil. 8. in genef. 124. Esaiæ. 43. v. 2. 125. Leonidas poeta ap. A. ciatum Emblem. 161. 126. Gen. 48. v. 16. 127. Actor. 12. v. 11. 128. Matth. 4. v. 6. 129. Psalm. 91. v. 11. 130. Symmach. lib. 1. Ep. 102.



DUS, 131. *cujus meditationes rivum Paradisi, ambrosiam animarum, pabulum angelicum, medullam pietatis* HEINSIUS vocare solitus fuit, cum intentiori studio insideret, facere non potuit quin mirandus & 132. *velut Pyrrhonica* 133. *Scepticaq; initiatus secta* exclamaret! 134. *Magna dignatio & verè magna dilectio charitatis! quis enim? quibus? de quo? quid mandavit? cujus sunt angeli? cujus obadiunt voluntati? summa majestas mandavit angelis. & angelis suis, illis utiq; tam sublimibus tam beatis tam proximè sibi coherentibus & verè domesticis mandavit de te. Tu quis es? Domine quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam reputas eum? Quasi verò non sit homo putredo & filius hominis vermis. Sed, quid putas, mandavit de te? Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Et hoc ipsum vel balbutienti infantium approbatione firmandum, esset, quia ut olim 135. *pueri recenter vitali expositi aura in clypeos tanquam cunas locabantur*, 136. *inanguratiq; Imperatores scuto insidentes ad conspectum populi tollebantur*: Ita angeli tenella hominis principia 137. *alienisq; opibus & tegumentis velandam infantiam fidelissimà custodià præsentia ambiunt, illudque ejus testimonio* 138. *in quo divina natura radiavit splendor, & humana fragilitatis apparuit assumptio*, JESU CHRISTO dicente: 139. *Angeli eorum in calis semper vident faciem patris mei qui in calis est. Magna*, 140. *excipit HIERONYMUS, dignitas animarum ut unaqueq; habeat ab ortu nativitate in custodià angelum delegatum. Hinc minus miror* 141. *Ismaelem in deserto à siti defensum & 142. Mosen in cistà juncea à servatum: minus miror* 143. *tres pueros inter Babylonica fornacis flammis illæfos: minus etiam mirer* 144. *Cyros*, 145. *Romulos*, 146. *Hierones, qui per omnes abruptissimos casus singulariter servati*, 147. *ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione pervenerunt. Angeli quippe adfuere qui hocce in vita stationem receptos partus adeò tenerè foverunt*, 148. *ut non tam nutricum uberibus quàm tacitis illorum blanditiis innuerit os fuisse: nec tam è matrum gremio quàm eorum tutelâ dependisse: nec tam in cunis quàm in eorum custodia vaguisse, lallasse & sensim adolevisse dicantur meritò. Quam autem in æthereis hisce Principibus humanitatem infantes deprædicant, eandem quoque ad largioris ætatis excursum provecti homines experiuntur. Quod enim multi cum* 149. *Lotbo ex incendiis & Trojanis casibus protrahuntur, angelorum est: Quòd cum 150. Apostolis adstrictam vinculorum gravitatem effugiunt, angelorum est: Quod multi* 151. *volandi altas artis nesciè multis præcipitationibus salvi surrexerunt, angelorum fuisse quis non asserit? Quàm multi autem cum* 152. *Asclepiade ex scæle lapsu exanimarentur, cum Polydamante* 153. *ruinarum mole operirentur, cum Euripide* 154. *canum morsibus dissolverentur, cum* 155. *Elpenore tectis delabentes mortis fierent candidati, & nescio quos cum* 156. *Amphiarao hiatus explendo, tenderent**

157. *Illuc, unde negant redire quenquam;*

Nisi cælestis angelicæque militia Prætoria ubiq; expanderentur. 158. *Angelus enim Jova circummunis atq; defendit circuitum timentium eum. Cum Angelis itaq; non vereretur ad* 159. *scopulos ire, 160. adversis austris etatem ducere, 161. quartâ lunâ nasci, 162. æquum Sejannum scandere, iisque tentari malis, qualia nec* 163. *Ilias Homericæ descripsit, nec*

131. Heinsius Orat. 3. p. 30. m. 132. Lipsius Philosoph. stoicâ lib. 2. dissert. 3. p. 128. Vossius de sectis Philosoph. cap. XX. p. 105. 133. Hornius hist. Philosoph. p. 209. Agellius. 5. 11. 134. Bernhard. in Psalm. 91. serm. 12. 135. Vide Theocritum de Hercule & Iphicle ab Alcmena genitis 136. Dempsterus antiquit lib. 10. c. 10. p. 1659. 137. Consule Plinium lib. 7. N. H. præfat. 138. Boethius in confession. fidei. pag. 180. 139. Matth. 18. v. 10. 140. Hieronym. in eund. loc. Et Basil. lib. 3. contr. Eunom. Tom. 1. p. 139. citante Gerharo. 141. Gen. 21. v. 17. 142. Exod. 2. v. 5. 143. Dan. 3. v. 25. 144. Herodot. lib. 1. num. 30. 145. Florus. 1. 1. 3. 146. Iustinus. 23. 4. 7. 147. Idem. 41. 44. 2. 148. Vide Armamentar. Eloqu. lect. 6. punct. 4. p. 230. 149. Gen. 19. v. 16. 150. Act. 5. v. 19. 151. Exempl. Drexelis habes in illius horolog. horâ. 7. noct. Consid. 4. c. 7. It. Alexandri Alefii. in dedicatoriâ Commentar. suorum in Iohannem. 152. Plinius N. H. 7. 37. 13. 153. Pausanias lib. 6. num. 183. 154. Gellius lib. 15. c. 20. 155. Ovidius Trist. 3. 4. 19. Homerus Odys. K. 156. Pausan. lib. 2. n. 65. p. 119. Propert. 3. 12. 60. 157. Catullus Carm. 3. v. 11. 158. Psalm. 34. v. 8. 159. Vide ad hæc loca Erasm. adag. tit. Exitii. p. 373. & seqq. Lucretius. 2. 1171. 160. Horatius. lib. 2. Ep. 2. v. 202. 161. Levinus Lemnius de occult. nat. miracul. lib. 1. c. 8. 162. Agellius lib. 3. c. 9. 163. Erasm. cii. loc. p. 377. b. videndus.

non modò non veneratus fuerit, sed & à se spreverit atque segregaverit. Quisquis ergò cælestia hæc scuta semel accinxit, teneat: 211. *qui abiecit, repetat: qui amisit, exquirat*: quoniam qui hęc rhipsalpis aliquando invenietur, æternâ exauctoratione. multatus abdicabitur à Patre, exheredabitur à Filio, à Spiritu Sancto alienus recedat. Sed melius ominari juvet, Deumque ardentissimis gemitibus fatigare, ut, quem admodum generosè occumbentium 212. *militum corpora eodem quo præiati fuerant clypeo ad sepulchrales evehebantur toros*: Ita nostra corpora, & tot tantisque mortalitatis Ludibriis oppugnata animæ adinstar 213. *Eliæ aut 214. Lazari laudatis & nunquam satis laudandis angelorum SCUTIS in sinum Abrabæ, inque* 215. *civitatem Dei viventis Hierusalem & multorum millium Angelorum frequentiam congregata, Deum per omnes glorificata æternitatis chiliades* 216. *à facie ad faciem videant, Angelicasque turmas iis præconiorum redimant coronis, quæ illo splendent atque triumphant titulo*:

217. OB CIVES SERVATOS.

DIXI.

v. 167. 211. Calum Eloquent. lect. 3. punct. 8. §. 4. 212. Vide Dempster. Antiquit. lib. 10. c. 10. p. 1657. 213. 4. Reg. 2. v. 11. 214. Luc. 16. v. 22. 215. Hebr. c. 12. v. 22. 216. V. Apoc. 22. v. 3. 217. Seneca lib. 1. de clement. c. 26.

FINIS.





*Q. D. B. P.*  
**ORATIO**  
 Impugnans  
**RELIGIONIS**  
**LIBERTATEM**  
**PROMISCUAM,**

IN  
 BENEFICENTIÆ  
*Nobilissimi, Consultissimi, Amplissimi*  
 VIRI  
**DN. THOMÆ WERLIENI,**  
 J. U. D. Serenissimi Ligiorum Principis, &  
 Illustriss. Comit. Rheni, Dn. in Sulzbach/  
 Consilarii olim Gravissimi,

Erga VIADRINAS MUSAS  
 MONUMENTUM,  
 In GRATÆ verò MENTIS DOCUMENTUM  
*Die XXIII. Februarii, Anni M DC LXXXIX.*  
 In Collegiô Majori  
 Publicè habita  
 à  
**JOHANNE GEORGIÔ COLERÔ,**  
 Landsbergâ Marchicô.



Francofurti ad Viadrum Literis Johannis Cœpselii, A. T.

F I N I S

